

tur partes cū adiectæ fuerint ipsis 3573 minimæ distantiaæ, colligūt hoc loco part. 3762. Cētro igitur F, distātiæ autē partii 3762 describatur circulus, & agatur E G, quæ secet conuexā circumferentiā in G signo. Ita tamen ut C E G angulus sit part. XVII. scrup. XXVIII. quibus stella à medio loco Solis elōgata uidebatur, & cōiungatur F G, & F K, parallelus ipsi C E. Cum autē C B F, angulū reiecerimus à toto C E G, reliquus sub F E G, partiū erit X V. scrup. XXIX. Hinc trianguli B F G duo latera data sunt E F, part. 10678. & F G, 3762. Angulus quoq; F E G part. X V. scrup. XXIX. Quibus constabit angulus B F G, part. XXXIII. scrup. XLVI. à quo dempro B F K æquali ipsi C E F relinquitur K F G, & K G circumferentia part. XXXI. scrup. XLVII. Distantiaæ stellæ à perigæo medio sui orbis, qd est K, cui si addatur semicirculus, colligūtur part. CCXI. scrup. XLVII. medij motus anomaliae commutationis in hac obseruatione, quod erat demonstrandum.

### De recentioribus Mercurij motibus obseruatis, Cap. XXX.

**T**Anc sanè uiam huius stellæ cursum examinandi priisci nobis præmonstrarunt, sed cœlo adiuti sereniori, nempe ubi Nilus, ut ferunt, non spirat auras, quales apud nos Vistula. Nobis enim rigenterē plāgam inhabitantibus, illam commoditatē natura negauit, ubi tranquillitas aëris rarior, ac insuper ob magnam sphæræ obliquitatē rarius sinit uidere Mercuriū. Quamuis in maxima Solis distātia, siquidem in Ariete & Piscibus, nō oritur cōspectui nostro, nec rursus occidit in Virgine & Libra, Sed neq; in Cancer, uel Geminis se repræsentat quoq; modo, quādo crepusculū noctis solū, uel diluculū est, nox uero nunq;, nisi Sol in bonam partem Leonis recesserit. Multis propterea ambagibus & labore nos torsit hoc sidus, ut eius errores scrutaremur. Mutuauiimus propterea tria loca ex eis, quæ Norimbergæ diligēter sunt obseruata. Primum à Bernardo Vualthero, Regiomontani discipulo, anno Christi M. CCC. XC. v. Idus Septēbris, à media nocte quinq; horis æqualibus per armillas astrolabicas ad palliūtium comparatas, & uidit Mercuriū in part. XIII. & dimidia

V Virginis